

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in  
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

lio non sufficit, inquit Thomista, via capi poterit, quin aliquis non possit se ipsum discernere, quod tamen vetat Apostolus 1. Cor. 4.

Nac refert, si dicatur, quod Petrus v. g. consentiat, seu vero Paulus, non provenire in Petro ea solis viribus naturalibus sua voluntatis, sed simul ea gratuito Dei auxilio ac voluntate. Nam

Contra est 1<sup>o</sup> Quia prater illud gratuitum Dei auxilium debet adhuc aliquis supponi, quod se teneat ea parte liberi arbitrii Petri, per quod conversio in eo potius fiat, quam in Paulo. Supponitur enim, circumstantias et auxilia indifferentia utrumque esse equalia. Ergo saltem propter illud poterit Petrus se à Paulo discernere.

2<sup>o</sup> Licet consensus ille, quo Petrus conversus est, non procedat à sola libertate sua voluntatis, sed à gratuito Dei auxilio, nihilominus, si Deus ante decretum suum efficax provideat talem consensum, oportet, ut etiam provideat primam radicem hujus discretionis non oriri à gratuito auxilio, sed ab innata libertate arbitrii Petri. Atqui hoc repugnat doctrina S. Pauli, quandoquidem ipse, ut patet, intendit primam radicem discretionis unius ab alio esse divinam gratiam, quod et alibi soepe indicat, praesertim quando ait: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.

Sequela majoris constat, atque sic potest probari: Voluntas Dei gratuita ea se non magis inclinat Petrum in consensum, quam Paulum. Ergo conversio ac discretio Petri non potest in eam tanquam in primam radicem referri, sed certe in solam liberum Petri arbitrium.

Tandem contra responsionem ad ultimam Inst. facit, quod indifferentia conjuncta cum Dominio, quo voluntas humana subsequenter se ipsam determinat, non obstat, quin voluntas, pro priori ad suam operationem ac determinationem formalem, sit tantum in potentia ad utrumque extremum sua indifferentia. Atqui quod tantum est in potentia ad utrumque extremum, nunquam exit in actum, nisi pro priori determinetur ab alio. Ergo indifferentia conjuncta cum Dominio suorum actuum non obstat, quin voluntas pro priori determinetur ab alio ad se formaliter determinandum.

Nihil, quod est ad utrumlibet, ait S. Thomas 2. phys. lect. 8. exit in actum, nisi per aliquid determinetur ad unum; quia id, quod est ad utrumlibet, est sicut ens in potentia, potentia autem non est principium agendi, sed solum actus. Unde ex eo, quod est ad utrumlibet nihil sequitur, nisi per aliquid aliud, quod determinat ad unum.

S. Cor.  
p. 244.

Exercitatio IX.

157.

De Praedestinatione.

Ad Cap. 8. part. 1. Traict. 1. De Deo Uno et Trino. n. 266. p. Tom. 2. Theolog.

In his, quae ad praedestinationem vel etiam reprobationem spectant, seponenda est humanarum imbecillitas rationum, et ea libentius audienda, quae per Scripturas sacras hinc nos, quasi de oratione animi sui, voluit Deus noster. Praecipuum autem, quod in Scholis circa hoc investigabile mysterium agitari solet, in eo consistit, an scilicet praedestinatio ad gloriam fiat ex provisione meritorum nec ne? Ante cuius decisionem quaedam praemittenda veniunt.

Quaedam praenotantur pro uberiori dicendorum notitia.

Not. 1<sup>o</sup> certum esse, quod Deus veram ac sinceram, quantum est ex se, voluntatem habeat salvandi omnes homines. Deus vult omnes homines salvos fieri, inquit Apostolus 1. Tim. 2. Item, Proprio tunc non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ait idem Apostolus Rom. 8. Unde quod multi homines salutem suam non consequantur, sed damnentur, non est ex defectu Dei, sed solum ex eorum proventu culpa.

Not. 2<sup>o</sup> Quod supposita hae voluntate, qua vocari solet ~~antecessoria~~ de salute omnium omnino hominum Deus, specialiter quosdam creaturas intellectuales per alios efficaciter praeselit ab aeterno ad vitam aeternam, qua praesectio seu praedestinatio nihil aliud est, quam ipsa praedestinatio, de qua hic nobis est sermo. Dari autem hujusmodi praedestinationem evidens est ex sacris paginis: nam Ephes. 1. dicit Apostolus: Qui praedestinavit nos in adoptionem filiorum; Item Rom. 8. ait: Quos autem praedestinavit, hos et vocavit.

Not. 3<sup>o</sup> Varios circa hanc praedestinationem enatos esse errores.

G. O.  
p. 142  
\* Priscillianista haereticum  
à Prisciliano homine  
Hispano et eorum heretice auctore sic dicti, circa finem saeculi 4<sup>ti</sup> graffati sunt. p.  
\*\* Manichaei saeculi 3<sup>ti</sup> haereticum, à Manete, rem refutavit S. Augustinus lib. ad Simplicianum Mediolanensem qui prius Caeleus dice Episcopum.  
L \* Pelagianus à Pelagio Monacho Britanico, vel ut quidam volunt, Scotico, haereticum, qui initio saeculi 5<sup>ti</sup> Euleham venaverunt. vid. To. 2. Tract. 1. p. 1. c. 8. §. 3. n. 264.  
i \* Semipelagiani, Pelagianorum heretici, saeculo 5<sup>to</sup> orti, S. Augustini sententiam de praedestinatione rejiciebant, et libere arbitrio, licet non tantum, quantum Pelagiani, adhuc tamen minus tribuebant. J. Galii vid. To. 2. Tract. 1. p. 1. c. 8. §. 3. n. 264.

1<sup>o</sup> enim Priscillianista\* ac Manichaei\*, cum perperam arbitrarentur liberum arbitrium per peccatum omnino deperditum esse, censuerunt inde evenire, quod inter duos aequales unus assumatur, et alter relinquatur; quia nempe unus altero melius operaturus erat ex vario corporis temperamento, quo voluntas necessariè trahitur ad hoc, ut hoc vel illud actus eliciat mediantibus constellationibus, quae diversa natura temperamenta progignere solent. Hunc errorem haereticum, à Manete, rem refutavit S. Augustinus lib. ad Simplicianum Mediolanensem qui prius Caeleus dice Episcopum. 2<sup>o</sup> Origenes lib. 1. periarcho. c. 8. docuit alios praedestinatorum, et origine Beritinarum, alios vero reprobari propter ea opera, quae exercebant eorum anima priusquam corpora sua informarent. Existimabat enim animas ante mundum hunc visibilem creatas fuisse. Sed hic error proscribitur in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. tum in Concilio Viennensi.

3<sup>o</sup> Pelagianus\* docuit opera ex viribus naturae à Deo provisa causam et motivum esse praedestinationis, saltem respectu adultorum; nam respectu infantum causam praedestinationis reponebant in iis bonis operibus, quae praestitissent, si adultam aetatem pervenissent. Error iste in variis Conciliis, ut Milvitano, Africano, quo saeculo 5<sup>to</sup> celebrata fuerit, et novissima in Concilio Tridentino Sess. 6. c. 1. 2. et 3. damnatus est. In hac quoque praedestinationis materia errabant Semipelagiani\*; eorumque error affinis fuit errori Pelagianorum, de quo egimus sup. caecit. 7. De Scientia media.

Not. 4<sup>o</sup> Praedestinationem attendi posse vel secundum ordinem intentionis, vel secundum ordinem executionis. Circa ordinem executionis nullum est hic dissidium; omnes enim unanimiter conveniunt, Deum non conferre gloriam, nisi propter merita. De solo ordine intentionis movetur quaestio; an scilicet Deus prius intenderit praedestinatam dare gloriam, quam gratiam seu merita

per gratiam; an vero prius merita quam ipsam gloriam praedina-

rit.  
Not. 5.º Quod ista prioritas non se teneat ex parte actus, sed ex parte Dei; nam ratio prioris ac posterioris in decretis divinis ad extra petitur. Duntaxat ex posterioritate objectorum, quae terminant divinam volitionem; ita ut actus divinae voluntatis, dum ad talia objecta fertur, quorum unum est propter alterum, jam etiam dicatur velle unum prius quam alterum.

Not. 6.º Duplex circa hanc materiam exhiberi systema. Primum est eorum, qui docent, Deum, postquam peccato ab ea tota infecta est humana natura, certum quendam electorum numerum ea perbita huius corruptionis massa misericorditer decessisse, eosque efficaciter ad gloriam praedinasse, necnon potentissima ad illam adipiscendam eis preparasse; ceteros vero in communem perditionis massam reliquisse, et sic, saltem negative, reprobasse, eis tamen largiendo auxilia sufficientia, quibus dum abutuntur, ob eorum demerita etiam illos positive reprobant.

Not. 7.º Quod in quibus hoc systema placet, inter se circa quaedam discrepent. Nam Jansenista existimant gratiam versatilem seu indifferentem sicut et Angelis collatam fuisse gratiam versatilem seu indifferentem à libero voluntatis arbitrio determinandam; atque adeo pro illo statu merita praeripisse gloriam etiam in ordine intentionis: quantum vero ad presentem naturam corruptam statum attinet, dicunt 1.º voluntatem Dei antecedentem de salute omnium omnino hominum esse impropiam, metaphoricam, ac duntaxat signi, non vero beneplaciti, seu veram et propriam, originali peccato anteriorem non posteriorem. Item auxilia, quae ratione illius voluntatis conferuntur, nomine tenus duntaxat divi sufficientia, non re ipsa, cum satis virium non habeant, ut oppositam concupiscentiam vincere possint. Denique peccatum originale primum esse Deo motivum reprobationis, etiamsi per Baptismi gratiam remissum sit; ejus enim intuitu, inquirunt, Deus movetur, ut auxilia fortiora ac efficaciora denegat.

Thomista è contra docent, non solum in statu innocentia, verum etiam in statu natura lapsa necessariam fuisse gratiam ex efficaciâ; gratiam vero sufficientem se verâ tribuere sufficientes vires in ordine ad superandas tentationes, et sic non nomine tantum, sed re ipsa sufficientem esse. Docent praeterea efficaciam ac virtutem gratia non esse per gradus seu relativam, sed absolutam. Denique voluntatem, antecedentem Dei voluntatem, quâ Deus vult omnes homines salvos fieri, veram esse et sinceram, nequaquam metaphoricam.

Secundo alterum systema est eorum, qui opinantur Deum neminem praedestinare ad gloriam nisi ex praeritis meritis. Isti enim docent, quod, quamvis Deus quibusdam ex specialiori dilectione efficaciora largiatur auxilia, sive sint talia ratione doni seu beneficii duntaxat, in quantum conferuntur in circumstantiis favorabilibus, sive in ratione auxiliii, eo quod majori interna virtute polleant; attamen, quia voluntas cum hujusmodi auxiliis adhuc potest conjugere dispensum; hinc volunt, Deum neminem ad gloriam praedinare, nisi pro priori exploraverit, an gratia sit consensus, nec ne. Ceterum in hoc syste-

7. loc.  
p. 143.  
auxilia

mate, prout dictum est sup. Querit. 7. De Scientia media, potest ad  
huc defendi praedestinationem fieri ante praevisa merita, quemadmo-  
dum Bebbaninus, Suarez et alii Scientia media patroni contendunt.  
159. S. II.

Proponuntur ac solvuntur argumenta, quibus  
probatur praedestinationem ad gloriam esse ante praevisa  
merita.

Argumentum 1<sup>um</sup> petitur ab auctoritate S. Scripturae, cujus testi-  
monia sunt frequentissima. Quae ducuntur, et quo magis officia  
videntur produciuntur.

Itaque testimonium petitur ex illo Ephes. i. Eligit nos in  
ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti et immaculati  
in conspectu ejus. Ubi non dicitur, nos electos fuisse, quia eramus aut  
futuri eramus sancti, sed ut essemus sancti, prout bene advertit S. Au-  
gustinus lib. de praedest. S. c. 18. et 19. Ergo elegit nos, ut de et nobis me-  
rita; non vero, quia merita nostra praevideat. Idem probari potest  
ex illo Rom. 8. Quos praedestinavit conformes fieri imaginis filii hui-

Resp. Ad. Haec loca intelligenda esse de electione ad gratiam, non  
vero ad gloriam, tum quia non omnes, ad quos habebat, praedestina-  
tos existimabat; tum quia, quae addit Apostolus, ad omnes fideles  
pertinent, non ad solos praedestinos. Ergo et ista electio: Omnibus  
sanctis, qui sunt Ephesi, inquit, et fidelibus in Christo, sem gra-  
tia vobis et pax.

Secundum testimonium sumitur ex illo Rom. 9. Ubi, Cum,  
inquit Apostolus de Jacob et Esau, nondum nati fuissent, aut  
aliquid boni egissent aut mali [ut secundum electionem Dei  
propositum maneret]; non ex operibus, sed ex vocante dictum est,  
quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau  
autem odio habui.

Resp. Ad. 1<sup>o</sup> Ibi non esse sermonem de electione ad bona spiri-  
tualia, scilicet ad gratiam et gloriam, sed tantum de electio-  
ne ad paternam hereditatem. Resp. alii 2<sup>o</sup> hunc locum  
posse ac debere intelligi de electione ad gratiam, non vero ad  
gloriam. Denique 3<sup>o</sup> Resp. alii: Dilectionem Jacob et Esau  
fuisse ante opera in re exhibita in tempore, non vero ante vi-  
sionem eorumdem operum in aeternitate, ut videtur colligi  
ex S. Paulo; nam dicit: Antequam nati essent, quod non po-  
test verificari ante visionem natiuitatis eorumdem, cum elec-  
tio et reprobatio supponat decretum creationis et natiuitatis,

160. Argumentum 2<sup>um</sup> sumitur ab auctoritate S. Augustini, quem  
Bettavins ac Maldonatus fatentur admisisse praedestinationem  
ad gloriam omnino esse gratuitam, et ante merita gratia pra-  
visa; verum hunc S. Doctorem hac in parte deservendum esse  
affirmant.

Itaque S. Augustinus pluribus in locis docere videtur gratuitam  
electionem ad gloriam, praecipue tamen lib. de concept. et grat.  
c. 4. ubi ait: Electi sunt ad regnandum cum Christo, non quo-  
modo electus est, Judas ad opus, nisi congruebat: cum itaque  
audiamus: Nonne duodecim vos elegi, et unum ex vobis diabo-

lucet: illos debemus intelligere, plebs, per misericordiam, illum per  
judicium. Illos ergo elegit ad obtinendum regnum hunc, illum ad  
effundendum sanguinem hunc. Ubi notatu digna sunt illa  
verba Ad regnandum cum Christo.

Nec dici potest S. Augustinum solum excludere praesentiam meri-  
torum ex scribis natura; eo quod illic agit contra Semipelagia-  
nos; non vero excludere praesentiam meritorum ex gratia. Nam

Contra est, quod ex contextu facile constat S. Augustinum lo-  
qui de illa electione, quae est causa vocationis et justificationis,  
et de electione omnino gratuita, quae excludit omne meritum,  
de qua verificari potest non potest, quod sit post merita gra-  
tia. Igitur

Resp. ad. S. Augustinum intelligendum esse de electione  
ad gratiam et perseverantiam finalem, non vero ad gloriam.  
Nec quidquam faciunt illa verba: Ad regnandum cum Christo.  
Nam gratia et finalis perseverantia est semen gloriae, ac proin-  
de quicumque eliguntur ad eam, hoc ipso eliguntur ad regnan-  
dum cum Christo.

Frateria idem S. Augustinus de grat. et lib. arb. c. 9. exponens  
haec apostoli verba: Gratia Dei vita aeterna. ponderat, quod,  
cum posset dicere Requidum justitiae vita aeterna, maluit di-  
cere, gratia autem Dei vita aeterna; ut hinc intelligeremus,  
nos pro meritis nostris Deum nos ad aeternam vitam, sed pro sua mis-  
eratione perducere.

Denique lib. Soliloq. anima. c. 25. in favorem gratuita predesti-  
nationis sic loquitur: Mundas autem de nobis filios hominum eos,  
in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inaccessibilibus profun-  
ditatibus judiciorum incomprehensibilium sapientiae tuae, semper  
justorum, licet occultorum, sine eorum meritis predestinasti an-  
ta mundum; vocasti de mundo, justificasti in mundo, et magnificas  
eos post mundum.

Resp. ad. sicut prius. Namque hic, et in similibus tentibus loqui  
S. Augustinum de electione ad gloriam in semine, nimirum de electio-  
ne ad gratiam, quae est semen gloriae, de qua verum est dicere, quod  
Deus, nobis nostris praecedentibus meritis, eam nobis misericorditer con-  
giatur.

Argumentum 3<sup>o</sup> petitur ab auctoritate S. Thome. Ita - ibi.  
que hic S. Doctor in primis 1. p. q. 23. a. 4. in 8. sic loquitur, scilicet  
Predestinationem aliquorum in salutem aeternam presupponere  
secundum rationem, quod Deus velit illorum salutem. Ergo Deus  
prius vult alicui salutem aeternam tanquam finem, quam media,  
quibus illam assequitur.

2<sup>o</sup> Idem S. Doctor q. 9. de ver.  
a. 2. sic ait: Quod Deus velit alicui dare gratiam et gloriam, hoc  
ex mera liberalitate procedit. Item in c. 9. Epist. ad Rom. lect. 3.  
Non potest esse, inquit, quod merita consequentia gratiam sint ratio  
miserandi aut predestinandi, sed sola Dei voluntas, secundum quam  
misericorditer aliquos liberat. Et in c. 1. Epist. ad Ephes. exponens  
ista apostoli verba: In quo nos sorte vocati sumus. sic loquitur: Co-

P. J. p. 145.

nit | Apostolus | voluntariam Dei praedestinationem ..... cuius quidem  
praedestinationis ratio non sunt merita nostra, sed mera Dei voluntas.

Resp. ad. ad i. in S. Thomam loc. cit. loqui de voluntate salutis  
aliquorum completam et adequatam, id est, quae ad gloriam et gratiam si-  
mul feratur; quae certe voluntas in Deo antecedit actualem gratiam et  
gloriae collationem: Nos vero, inquit, in praesentia rerum loqui-  
mur de voluntate salvandi aliquos, seu de praedestinatione partiali  
et inadeguata, quae sit duntaxat ad gloriam.

Ad 2. d. Resp. His locis S. Thomam loqui de praedestinatione ad  
gratiam, quae profecto mere gratuita est. Hic vero Nos, ajunt, loqui-  
mur duntaxat de praedestinatione ad gloriam: utramque autem ap-  
pripue distinguit Doctor Angelicus loco in probatione citato in Com-  
mentario in Ep. ad Rom. c. 8. lect. 6.

Iust. 1.º Laudatus S. Doctor 1.º p. 9. 25. a. 4. ad 2. dicit, quod, quando  
voluntas eligentis provocatur ad eligendum à bono in re praesisten-  
te, tunc oportet, quod electio sit eorum, quae sunt, id est, ob merita,  
sicut accidit in electione nostra: sed in Deo est aliter, ut dictum est.  
Et idcirco, ut dicit Augustinus, eliguntur à Deo qui non sunt, neque  
tamen errat, qui eligit. Profecto S. Thomas hic non videtur loqui  
de electione ad gratiam, sed potius de electione ad gloriam. Ergo  
in eius mente praedestinationis ad gloriam non supponit merita.

Resp. S. Thomam ibi loqui de praedestinatione adequata ad gra-  
tiam simul et gloriam, non autem ad solam gloriam, circa quam  
tamen hic totus difficultatis cardo vertitur. Et hoc patet ex  
responsione ad. 1.º ut. art. loquens enim de electione illa seu  
communicatione divinae bonitatis, quae est in praedestinatione,  
includit in illa collationem gratiae et gloriae. Certe, ut legenti  
manifestum fiet, hic S. Doctor toto articulo, nisi tota illa cit. 9. 25.  
de praedestinatione adequata agit.

Iust. 2.º Eadem q. art. 5. ad 4. expresse loquitur de praedestina-  
tione inadeguata. Sic enim ait: Quare hos elegit Ab. ad gloriam,  
et illos reproboavit, non habet rationem nisi divinam voluntatem.

Resp. S. Doctorem intelligendum hic esse de praedestinatione com-  
parativa, non vero absolutam. Inest autem hic motus de praedestina-  
tione absoluta. Loqui vero S. Thomam de praedestinatione  
comparativa patet facile tum ex textu, tum ex his verbis,  
quae ex S. Augustino refert: Quare hunc trahat, et illum non tra-  
hat, noli velle dijudicare, si non vis errare.

162. Argumentum 4.º tum sumitur ab hac sequenti ratione. Si praedestinatio ad gloriam non esset ante praesens merita, tunc merita non essent effectus praedestinationis. Falsum consequens. Ergo et antecedens. Maj. patet; quia effectus non praet causa sua. Min. prob. Merita sunt media ad gloriam tanquam ad finem propter quem. Atqui quod est medium ad gloriam tanquam ad finem propter quem, illud est effectus causa finalis, hoc ipso, quia est ad finem ut propter quem. Ergo merita sunt effectus ipsius praedestinationis ad gloriam.

Confirm. 1.º Nemo ante volitionem finis efficaciter cum prudentia vult media ad illum acquirendum. Atqui in ordine ad praedestinationem electorum finis est gloria aeterna, media vero sunt me-

2. Col.  
p. 146.

vita. Ergo Deus ante volitionem gloriae efficaciter cum prudentia non vult merita ad illam acquirendam.

Confirm. 2.º. Qui ordinatè vult, prius vult finem quam media ad illum, Subs. Atqui gloria est finis et merita sunt media ad illam. Ergo prius vult gloriam quam merita; ac proinde prædestinatio est ante par-

la merita. Resp. ad arg. Id verum esse, ubi finis se habet per modum doni grati- tuiti; non autem, ubi se habet per modum mercedis, coronæ, ac præ- mii. At, inquit, gloria se habet per modum mercedis, coronæ, ac præ- mii. Ergo p.

Ad Confirm. 1.º. Resp. Quod ad electionem efficacem meritorium sufficiat inefficax volitio ac intentio gloriae ut finis, quæ intentio habetur per illam generalem voluntatem salvandi omnes homi- nes. Sicut enim, inquit, Pater v.g. ex inefficaci voluntate, quæ filium suum Doctorem fieri vult, movetur, ut ei præbeat studiorum subsidia; ita etiam Deus ex illa voluntate inefficaci, quæ vult omnes salvos fieri, movetur ad electionem meritorium ad gloriam efficaciter conducentium.

Ad Confirm. 2.º. Resp. Quod prius vult finem quam media ibidem- taxat locum habeat, ubi quis intendit finem sibi consequendum; non autem quando intendit finem alteri consequendum.

Argumentum 5.º tum petitur ex hac altera ratione. Si prædesti- 163. natio electorum non fieret nisi post prævisa merita, tunc non posset dici, per quid ergo prius discernantur prædestinati à non prædestinatis: non per primam gratiam, quia hæc est communis tam reprobis quam prædestinatis; nec per gratiam finalem seu per donum perseverantiæ, quia hæc non appetitur nisi propter ipsam gloriam. Ergo p.

Resp. Prædestinatos specialiter in hoc discerni à reprobis, quod illis Deus majora gratia auxilia conferat, quam istis.

S. III.

164.

Proponentur et solvuntur Argumenta negan- tum gloriam omninò gratuitam esse.

Argumentum 1.º sumitur ex S. Scripturâ. 1.º Matth. 25. Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à consti- tutione mundi; esurivi enim et dedistis mihi manducare, p. Econ- trà vero reprobis dicitur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo et Angelis ejus; esurivi enim, et non dedistis mihi mandu- care, p. Hic in loco non tantum agitur de actuali retributione glo- riæ pro electis, et supplicii pro reprobis, ob bona vel mala eorum opera; sed etiam de preparatione seu destinatione æternâ in mente Dei: Possidete paratum vobis regnum. Quid est autem paratum, nisi ob æternâ destinationem? quare verò destinationem, nisi propter prævisa, quæ futura erant eorum opera misericordie; id enim importare videtur hæc causalis: esurivi enim. Et verò eodem modo paratum dicitur regnum electis propter bona, quò paratum est reprobis sup- plicium propter mala eorum opera. At quis, inquit, dicat præ- paratum in mente Dei seu destinationem reprobis supplicium ante præ- visa eorum mala opera. Ergo p.

Handwritten notes in the right margin, including '163' and '164'.



95  
Resp. Ad. Opera hōi locō non assignari ut causam preparationis gloriae aut gehennae, sed ut causam ipsius perceptionis. Dicitur enim posteriori locō; non enim ignis paratus est diabolo et angelis ejus propter prava hominum peccata. Unde in illo posteriori locō Ita in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus; esurivi enim, et non dedistis mihi manducare; particula causalis enim non refertur ad paratus est diabolo et angelis ejus, sed ad ita in ignem aeternum. Sic in illo priori refertur ad venite et possidete. Itaque hic planus est sermo illius hanc, scilicet: Vos benedicti, qui me esurientem paravistis, possidete regnum vobis paratum. Vos autem impii, qui me esurientem despicistis, ita in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus. Quae verba gratuita praedestinationi profecti venturam obruunt.

2<sup>o</sup>. Rom. 8. Dicitur: Quos praesivit et praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui. In praesentiam praedestinationi pariam, quos praesivit, praedestinavit, id est, quos praesivit beneficio gratiae filii sui conformes futuros, hos et praedestinavit.

Resp. Verborum illorum sensum non esse, Deum illos praedestinasse, quos praesivit conformes futuros imaginis filii sui, adeo ut praesentia futura conformitatis cum Christo fuerit causa praedestinationis; sed sensum eorum esse, Deum, illos praedestinando, ipsorum merita in sua praedestinatione praesivisse. Unde ita cum Christo conformitas non est praedestinationis ratio huius causa, sed terminus illius vel effectus; quemadmodum ex adducto Apostoli locō recte colligit S. Thomas ib. lect. 6. verbo autem praesivit, hic ut et alibi, vel approbationis scientia, vel Dei praedeterminantis decretum intelligitur, ut Rom. 11. Non repulit Deus plebem suam, quam praesivit, id est, praedestinavit, quemadmodum docet S. Augustinus lib. de bon. perses. c. 18. his verbis: quando apud aliquos Verbi Dei Tractatores legimus praesentiam Dei, et agitur de vocatione electorum eandem praedestinationem intelligere oportet.

3<sup>o</sup>. 1. Cor. 2. Sicut Apostolus: Oculus non vidit, nec auris audivit, quae preparavit Deus iis, qui diligunt illum. In hōi locō certā verbum preparavit, idem prois est ac destinavit. Quibus autem Deus immensa illa et ineffabilia bona preparat, huius destinatio: nempe iis, qui diligunt illum.

4<sup>o</sup>. Quod sicut Deus iis, quos ex se malos praesivit, poenam infligendam propter mala eorum opera preparavit, ita pariter iis, quos non ex se, sed hōi donō bonos futuros ac plenos dilectione Dei in sua praedestinatione praesivit, regnum, propter eorum dilectionem aliāve bona opera conferendum preparavit.

5<sup>o</sup>. 2. Tim. 2. ait iterum Apostolus: In magnā domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia: et quaedam quidem in honorem, quaedam vero in contumeliam. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum et utile Domino, id est, ob id aptum, ut eligatur à Deo. Itaque Deus non eligit nisi quos proprio arbitrio bene utendo gra-

4 Col.  
p. 148.

tria dignos parabit. Unde 2. Petri c. i. dicitur: Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem faciatis.

Confirm. Quia non aliter Deus ab aeterno gloriam electis suis praedestinavit, quam re ipsa illam confert in tempore. Atqui nulli adulto confert Deus gloriam nisi propter merita. Ergo nec ab aeterno statuit se ei illam daturum nisi propter eadem ipsa merita.

Resp. His testimoniis palam evincit praedestinationem non in ordine intentionis, sed solum in ordine executionis perfici, immo et certam effici per bona opera ac emundationem ab inquinamentis nostris. Unde etiam electi recte admonentur, ut bene agant ac pie vivant; nisi enim id praeferant, praedestinati non essent.

Ad Confirm. Dist. maj. Non aliter Deus ab aeterno gloriam electis suis destinavit in ordine executionis, quam re ipsa confert in tempore, conc. In ordine intentionis, neg. maj. et conc. min. Dist. cons. Ergo Deus nulli adulto confert gloriam nisi ob merita in ordine executionis, conc. In ordine intentionis, neg. cons. Sciendum itaque Deum in praedestinatione duplex habere decretum, unum intentionis, et alterum executionis: decreto intentionis; quod solum hic spectatur: Deus vult ex mera liberalitate gloriam sine respectu ad merita nostra conferre; decreto autem executionis Deus vult gloriam propter merita in rerum natura posita actualiter in tempore conferre. Sed, et forte melius adhuc, decreto intentionis Deus vult ex mera liberalitate gloriam per merita tanquam per media obtinendam conferre; decreto autem executionis vult eam propter merita actu posita in tempore conferre. In decreto igitur intentionis gloria est causa meritorum ut meritorum propter ipsam: in decreto autem executionis merita sunt causa gloriae. Unde secundum decretum intentionis fit praedestinatio ante praevisa merita; secundum vero decretum executionis post praevisa merita.

Dicas. Vel illud decretum intentionis est efficax et absolutum sine meritis, vel non? Si secundum, tunc habetur intentum. Si primum, ergo etiam in tempore dabitur sine meritis, cum voluntas efficax certissime habeat effectum suum.

Resp. Illud decretum intentionis non esse efficax sine meritis. Si quidem ea importat, saltem in obliquis: non tamen praesuppositivè ac formaliter, sed tantum consequitivè ac casualiter, quia nempe sunt effectus illius decreti; sed, quod in idem redit, non tanquam motiva gloriae intentae, sed solum ut media ad eam obtinendam.

Inst. Huiusmodi decreta se se mutuo destruant; quia decretum intentionis dicit: Volo dare gloriam gratis, et alterum dicit: Volo dare gloriam ex meritis. Atque hoc est se se mutuo destrouere ob oppositionem. Ergo.

Resp. neg. maj. Quia primum decretum excludit merita tanquam motiva gloriae; secundum vero ea includit non tanquam motiva, sed tanquam media duntaxat ad eam obtinendam. Unde non secundum idem sibi opponuntur, sed secundum diversa, ac proinde possunt simul subsistere.

50  
1149

5<sup>o</sup> Jac. 2. dicitur: Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, et heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se. Ergo te-  
gnum Dei est propter dilectionem.

Resp. hinc ad 3<sup>ium</sup> sua responsio fundamentum habere videtur  
in doctrina S. Augustini. Nam lib. de predest. SS. c. 17. docet, à Deo eli-  
gi homines, ut sint fideles, non quia erant: eligendo, inquit, facit di-  
vites in fide, sicut heredes regni. Igitur oportet intelligere vo-  
cationem, quâ fiunt electi; non enim eliguntur, quia crediderunt;  
sed eliguntur, ut credant. Unde electis in nobis dilectionem antevertit.  
Locus iste etiam de predestinatione in decreto executionis potest exponi.

6<sup>o</sup> Eccli. 15. dicitur: Reliquit Deus hominem in manu consilii huius,  
ante illum vita et mors, quod plauerit, dabitur illi. At si Deus ante  
parva merita de hominis salute decerneret, jam tunc vita et mors  
ante hominem posita non esset, sed aliquibus vita, et aliis mors, an-  
tequam quidquam eligerent, determinata esset.

Resp. In intelligendum esse de salute hominis quoad executionem,  
nempe quia non datur vita aeterna nisi volentibus; Deus enim homi-  
nes sic ad gloriam preordinat, ut ad eam neminem invitum compellat,  
aut volentem ab eâ excludat. Unde etiam sub predestinatione  
vita aeterna omnibus proponitur, ut eam eligant vel repellant, pro-  
ut ipsis placeat. Nihilominus tamen, quod quis vitam potius, quam  
mortem eligat, hoc ipsum et in tempore datur per gratiam.

Dicit. Predestinatus non potest damnari. Ergo ante illum non est  
mors sicut vita; sed potius sola vita, minime aut mors.

Resp. Dicit. aut. Non potest damnari potentia consequente, con. po-  
tentia antecedente, neg. ant. Potentia antecedens est potentia secundum  
se seu sufficienter instructa ad operandum; potentia consequens est  
potentia conjuncta cum actu, seu ad operandum; haec quidem hic im-  
plicat, quia conjungi nequit actualis damnatio cum predestinatione,  
non tamen illa; nec enim ista sunt impossibile, ait S. Thomas 9. 23.  
de verit. a. 5. ad 3. Deus vult istum salvari, et iste potest damnari; sed  
ista sunt impossibile, Deus vult efficaciter istum salvari, et iste  
damnabitur.

7<sup>o</sup> Denique 1. ad Tim. 2. ait Apostolus: Deus vult omnes homines salvos fieri,  
et ad agnitionem veritatis venire. En quæ intelligitur Deum quan-  
tum ex se est, omnibus aequaliter gloriam velle. Unde Sap. 3. dicitur:  
Purillum et magnum ipse facit, et aequaliter est ei cura de omnibus.  
alioquin Deus esset acceptor personarum. Atqui haec testimonia ali-  
ter verificari nequeunt, nisi dicatur, Deum omnibus parasse media, qui-  
bus quisque pro sua libertate salvari possit; deinde eum providisse,  
qui eis benivoli essent, quinam abrenuissent, haecque praesentia illis  
praemia, istis vero supplicia destinasse.

Resp. his testimoniis verum quidem Deum habere erga omnes aequalem  
communem providentiam, non tamen specialem; alioquin electi  
non essent vasa misericordiae, et, quod pro aliis salvi fierent, in se  
ipsis, et non in Domino gloriari possent. non tamen ob id Deus est  
acceptor personarum, tum quia in collatione praemiorum, et inflictio-  
ne suppliciorum non respicit ad personas, ita ut malis ignoscat, quia  
sunt Reges et filii Abraha; bonis praemia denegat, quia sunt pauperes  
aut non ex stirpe Abraha, sed gentilibus orti parentibus; tum quia per-  
sonarum acceptio solummodo locum habet in iis, quae ex iustitia redduntur  
ut debita, sique uni magis favetur quam alteri; non vero in iis, quae

6. Col.  
p. 150.

ex mera liberalitate conceduntur.

Argumentum 2<sup>o</sup> dicitur ab Auctoritate SS. Patrum An. 165. Justinian antiquiorum.

1<sup>o</sup> S. Irenaeus lib. 4. adv. haeres. c. 38. ex futurorum praesentia existimat dictum esse: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. etc.

4<sup>o</sup> Deum ex operum provisione infidelitati tradere eos, quos scivit non esse credituros.

2<sup>o</sup> Origenes in Ep. ad Rom. dicit, De futuris hominum operibus inspectis De sortibus nostris Deum discernere.

3<sup>o</sup> S. Hilarius in i. l. l. Gal. 64. Beatus, quem elegisti, scribit electionem non esse rem indiscreti iudicii, sed ex meriti delectu factam discretionem.

4<sup>o</sup> S. Ambrosius lib. 3. de fide ad gratiam. Imperat. c. 2. docet, Deum non prius praedestinasse, quam praeserret, sed eorum premia praedestinasse, quorum merita praesererat.

5<sup>o</sup> S. Chrysostomus Hom. 8. in Matth. asserit haec verba: Peripite regnum, quod vobis paratum est, idem significare, ac si diceretur: antequam nati sitis; quia sciebam vos huiusmodi futuros, haec vobis a me preparata fieri. Item Hom. 31. in Matth. affirmat a Christo tunc fuisse vocatum Matthaeum, cum affectus sic erat, ut vocanti mox esset gesturus.

6<sup>o</sup> S. Hieronymus in Ep. ad Helvidiam q. 10. ait, Deum non salutare sine ratione, et absque iudicii veritate, sed causis praecedentibus; nec gentes eligi, sed hominum voluntates. Et in c. 1. Malach. scribit, Nasus ex futurorum praesentia Dei dilectionem.

Resp. A. H. cum S. Augustino lib. de praedest. 5. c. 14. Opus non esse, ut saltem eorum sententiam opuscula, qui priusquam ista oriretur haeresis; Belagiana scilicet non habuerunt necessitatem in hac difficultate ad solvendum questione versari. Quod procul dubio fecissent, si de talibus questionibus respondendi necessitas ubi incumbisset.

Itaque SS. Patres ante exortam haeresim Belagianam circa alios errores occupati, questionem de praedestinatione non ex professo elucidaverunt, quia id haud necesse erat; sed solum obiter, et velut pertransennam eam attingere videntur. Unde factum, ut circa mysterium istud quaedam expressiones idis existerint, quae minus accurate videri possunt. Jam singillatim ad ea, quae ex his ab Adversariis adducuntur, respondent, et quidem

Ad primum S. Irenaeus in hoc totus incumbit, ut demonstrat, Deum habere omnium praesentiam; quod praedestinationi nihil officit.

Ad 2<sup>o</sup> dicitur Origenis auctoritas hic nullius est momenti; turpiter enim circa hoc praedestinationis mysterium erravit, prout sup. retulimus. Unde apposite S. Hieronymus Ep. ad Ctesiph. dicit, Belagii doctrinam Origenis ramumulum esse.

Ad 3<sup>o</sup> dicitur S. Hilarius de praedestinatione electorum in ordine executionis, non intentionis, est intelligendus.

Ad 4<sup>o</sup> dicitur S. Ambrosius similiter de eodem ordine executionis loquitur, nomine autem praesentia Dei praedestinantis decretum intelligit, iuxta regulam illam S. Augustini lib. de bono pers. c. 18. iam sup. manserunt, scilicet: quando apud aliquos Verbi Dei Tractatores legimus Dei praesentiam... intelligere praedestinationem oportet. Si quidem tamen opponatur ex commentariis in B. Paulum, nulla dicitur fi-

20. 151.

des est adhibenda; Opus enim illud non est S. Ambrosii; tum quia  
Bellagius S. Augustino ex his Commentariis, nihil opposuit, licet in ipsis  
per multa sint, quae Galagiam errorem redolent; tum quia multa  
ibi continentur, quae directe adversantur iis, quae hic S. Doctor in aliis  
opusculis suis docuit.

Ad 5<sup>um</sup> S. Chrysostomus docuit gratiam ad salutem praedestina-  
tionem. Nam Hom. 1. in Ep. ad Coloss. in haec Apostoli verba: In partem  
sortis sanctorum, ait; S. Paulum ostendisse, neminem propriis operibus bo-  
nis coeleste regnum assequi, sed hoc totum Dei beneficio esse tribuendum.  
Unde docuit, cum Hom. 8<sup>am</sup> Matth. non aliud velle, nisi quod Deus electis  
gratiam preparaverit, ut gloriam ipsis praedestinata mercantur; non  
vero Deum electis ob merita gloriam servasse. Hom. autem 31. lo-  
quitur similiter de deo praedestinationis in ordine executionis, non  
autem in ordine intentionis.

Ad 6<sup>um</sup> Denique S. Hieronymus priori loco, ad salutem eligi homines,  
tradit, ratione bonarum suarum voluntatum; sed quas Deus praesti-  
natione sua in eis operetur, ut gloriam his consequantur meritis.  
In c. 1. Malach. vero loquitur de approbationis praesentia, quae  
licet Deus in suo proposito, ut in fonte omnis nostra bona voluntatis  
praesentit, qui ejus dono merita ac perseverantiam essent habituri, quae  
quidem praesentia in praedestinatione includitur, imò ordine execu-  
tionis praedestinationem antecedit ad gloriam antecedit, licet eam  
secundum ordinem intentionis subsequatur. Et sic ad alios, aliorum  
SS. Patrum textus communiter respondere solent.

166. Argumentum 3<sup>ium</sup> petitur ex doctrina S. Augustini multis in  
locis. 1<sup>o</sup> Lib. de praedestinat. Dei. c. 5. docet hoc Deum ad gloriam  
praedestinasse, quos ipse hos fide et opere praeparavit esse futuros.

2<sup>o</sup> Lib. 83. quart. quart. 68. ita loquitur: Cujus vult miseretur,  
et quem vult indurat; sed haec voluntas injusta esse non potest;  
venit enim de occultis meritis. 3<sup>o</sup> Lib. de Spirit. et  
litt. 2. 5. ait: Deum praesentisse, ut praedestinet.

4<sup>o</sup> Tract.  
76. in Joan. dicit, Deum propter dilectionem aliquos elegisse;

5<sup>o</sup> Serm. 7. de verb. Dom. laudatum Matth. scribit, Deum quosdam  
secundum suam gratiam et secundum illorum justitiam elegisse.

6<sup>o</sup> Denique lib. 1. ad Simplician. q. 2. haec habet: Lucea manet Dei  
propositum, ut justificet credentes, ideo invenit opera, quae jam eli-  
gat ad regnum coelorum: nam nisi esset electio, non essent ele-  
ti, nec recte diceretur, quis accusabit adversus electa Dei? non  
enim electis praecedit justificationem, sed electionem justifi-  
catis; nemo enim eligitur nisi jam distans ab eo, qui rejicitur.  
Unde quod dictum est, quia elegit nos Deus ante mundi constitu-  
tionem; non vides, quomodo sit dictum, nisi per praesentiam.

Resp. AA. ad 1<sup>um</sup> Librum de praedestinatione Dei. sicut eti-  
am de praedestinatione et gratia non esse S. Augustini; quia  
à nullo veteri auctore laudatur, nec stylum S. Augustini sapit.

Ad 2<sup>um</sup> dum S. Augustinus eo loco de reprobatione vel de sub-  
tractione gratiae potius loqui videtur, quam de praedestina-  
tione; sed nemo non fatetur, reprobationem, saltem positivam,  
ac subtractionem gratiae non fieri nisi ex demeritis.

Ad 3<sup>ium</sup> Præscientia nomine approbationis scientiam, quemad-  
modum et in aliis locis, hic intelligit S. Augustinus.

Ad 4<sup>tum</sup> De prædeterminatione in ordine executionis, non in or-  
dine intentionis loquitur. Ad 5<sup>tum</sup> eadem est responsio.

Ad 6<sup>tum</sup> Resp. 1<sup>o</sup> S. Augustinum questionem has ad Simplianum scrip-  
sisse antequam hæresis Pelagiana ortuisset, et primò sui Episcopa-  
tus anno, cum nempe hujus questionis altitudinem nondum discussisset.  
Nondum, inquit lib. 2. retr. act. Diligentius quæsieram, nec adhuc inve-  
neram, qualis sit electio gratia, de qua idem dicit Apostolus, Reliquia  
per electionem gratia labor facta sunt, quæ antiquæ non est gratia, si  
merita ubi præcedant, p. Hæc S. Augustinus. Unde mirum non  
est, si in hoc questionum opere quædam expressiones inveniuntur  
minus exactæ circa electionem prædeterminatorum.

Dicit S. Augustinus lib. 2. retr. act. ubi etiam minima alibi  
à se minus accurate dicta corrigi, equidem illius questionis  
meminit, at nihil in eâ dictum retractat; quin imò, quidquid  
ibi de gratia dixerit, illud ita probat in lib. De prædest. 11. ut  
illuc remittat Lectorem suum, si veram de gratia sententiam  
suam assequi velit.

Resp. Equidem fatendum esse, S. Augustinum ea, quæ scrip-  
serat in memoratâ questione in particulari non reprehendere,  
innuit tamen in genere aliquid in eo opere minus exactum esse  
posse, cum ait: In illo laboratum est quidem pro libero arbi-  
trio humana voluntatis, sed vivit Dei gratia, nec nisi ad illud  
potuit perveniri, ut liquidissima veritate dixisse intelligatur  
Apostolus: Quis enim te discernit? quid autem habes, quod non  
accepisti? id est, totum dandum esse gratia. Quibus verbis lan-  
dat quidem disputationis conclusionem, innuit tamen in decessu  
quædam fuisse dicta libero arbitrio faventiora. Unde lib. de  
prædest. 35. Lectorem, seu potius Massilienses Presbyteros ad  
eam questionem remittit non propter singulas expressiones, in  
eâ contentas, sed propter conclusionem, quæ hæc hæresim Semi-  
pelagianam etiam nondum sibi cognitam confutavit. Ibi enim  
clare demonstratur salutis initium seu credendi voluntatem à  
Dei gratia proficisci.

Resp. 2<sup>o</sup> Quod, quando S. Augustinus loc. cit. dicit, quod electio-  
nem præcedat justificatio, et quod, quando Apostolus dicit: Elegit  
nos Deus ante mundi constitutionem, hoc non sit dictum nisi  
per præscientiam, loquatur de electione ad gloriam in ordine  
executionis, non in ordine intentionis. vel nomine præscien-  
tiæ intelligit scientiam fundatam in decessu, prout ipsemet  
lib. de bon. pers. c. 18. se ipsum et alios SS. Patres exponit.

Argumentum 4<sup>tum</sup> patitur ex diversis rationibus. Ipsi 167.  
tur Arguitur 1<sup>o</sup> dicit ordinatè vult, prius intendit merita,  
quam mercedem. atqui Deus prædestinando ad gloriam intendit  
illam ut mercedem et premium. Ergo prædestinando ad gloriam  
prius intendit merita, ac proinde prædestinatio hypponit prævisa  
merita. Min. patet. Maj. etiam constat; quæ merita sunt

8. Col. p. 152.

119  
101.9

1a

causa moralis mercedis. Ergo etiam priora mercede ipsa.  
 Resp. Ab. Dist. maj. Qui ordinate vult, prius intendit merita quam mercedem in ordine executionis, con. In ordine intentionis, neg. maj. et con. min. Dist. cons. Ergo praedestinando ad gloriam prius intendit merita quam mercedem, in ordine executionis, con. in ordine intentionis, neg. cons. Itaque quando tum merita tum ipsa merces quoad ipsorum esse sunt in alicujus potestate, tunc qui ordinate vult, prius in ordine intentionis vult mercedem quam ipsa merita, cum ordinate procedendo non possit velle efficaciter merita ipsa, nisi ex supposito, quod voluerit absolute ipsam mercedem; quia alioquin hujusmodi volitio circa merita esset inutilis; Et tum ipsa merita, tum eorum in manu Dei sunt. Ergo certe in ordine intentionis prius vult gloriam tanquam mercedem, quam ipsa merita; siquae apud Deum merces non est effectus meritorum; saltem in ordine intentionis; sed potius est causa finis et ratio, cur hujusmodi merita intenduntur. Res tamen de aliter habet apud Deum, is enim, quia militis huiusmodi merita in sua potestate haud sunt, sed solum in militis voluntate; hinc mercedem absolute velle nequit, nisi prius visis meritis.

Just. 1.<sup>o</sup> Ideo etiam in ordine intentionis prius merita, quam merces, intenduntur; quia ante praevisa merita non datur merces. Atqui, ut palam est, ante praevisa merita non datur merces; quia sic potius esset donum gratuitum. Ergo p.

Resp. neg. maj. ut potest falsam; quia a deo executionis arguitur ad deum intentionis. In forma tamen sic Dist. Ideo prius merita, quam merces, intenduntur, quando ante merita praevisa non datur merces tanquam propter merita, con. tanquam propter merita obtinenda, neg. maj. et Dist. min. Sed ante praevisa merita non datur merces tanquam propter merita, con. tanquam propter merita obtinenda, neg. min. et cons. Si fieri potest aliquid intendi, per modum praemii, sibi est propter merita, vel per merita. 1.<sup>o</sup> modo merita rationem habent effectus causa moralis respectu praemii: 2.<sup>o</sup> modo merita rationem habent effectus. Itaque in hoc argumento solum sequitur, quod merita debeant attingi a deo intentivo praemii, ut eius effectus, non autem ut illius motiva.

Just. 2.<sup>o</sup> Quod datur ante praevisa merita, illud non debetur ex iustitia. Atqui quod datur tanquam merces, illud debetur ex iustitia. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Quod datur ante merita praevisa, ut per merita tamen obtinendum, illud non debetur ex iustitia, si nempe nulla praeviant merita, con. Secus, neg. maj. p.

Just. 3.<sup>o</sup> Cujus est proportionare mercedem iuxta merita, ille ante praevisa merita mercedem non intendit, nisi imprudenter agendo. Atqui Dei est proportionare mercedem iuxta merita. Ergo p.

Resp. Id verum esse in eo, qui merita alterius in sua non habet potestate; falsum vero in eo, qui hujusmodi habet. Praterquam quia Deus vult talia merita, qualem vult dare mercedem, jam merces a Deo in ordine intentionis non proportionatur iuxta merita, sed potius merita iuxta mercedem; et sic prius intenditur ab eo merces, quam merita, non tamen in sensu praesens, sed tantum causaliter; quia

P. U.  
p. 153.

non praesumit a meritis qui intendit gloriam ut causam meritum.  
Just. 4<sup>o</sup>. Quia poena ut poena est effectus demeritorum, sic fieri ne-  
quit, ut efficaciter a Deo praedeterminetur ac intendatur absque praevio deme-  
ritis ut motivis. Ergo etiam fieri nequit, ut merces qua merces est, effi-  
caciter intendatur absque praevio meritis ut motivis illius; quia mer-  
ces qua talis non minus est effectus meritum, quam poena demeri-  
torum.

Resp. Dist. causalem ant. Praevio quia est effectus demeritorum, neg.  
Quia alias poena ut poena non est de primaria intentione Dei, sed bo-  
num occasionatum, conc. ant. et neg. cons. Quia merces qua talis, non  
est bonum occasionatum, sicut poena, sed per se amabile, et ideo potest  
ratione sui in ordine intentionis amari absque occasione ac praevio me-  
ritum, saltem tanquam illius motivorum. Unde ad rationem  
adjectam dicunt, eam veram esse in ordine executionis, non tamen in ordi-  
ne ac delectationis intentionis.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Si praedestinatio ad gloriam fieret ante praevia merita,  
tunc etiam reprobatio fieret ante praevia demerita ad aeternam damna-  
tionem. Sed falsum hoc consequens. Ergo et antecedens.

Confirm. Quia in reprobatione non datur ordo intentionis, in quo  
Deus vult efficaciter aeternam damnationem, priusquam demerita  
praesententur. Ergo nec in praedestinatione ad gloriam.

Resp. ad Argum. neg. maj. cuius ratio est. Solutione ad prius argu-  
mentum data facile evincitur: tum etiam, quia deputando ad  
praemium sine praevio meritis nemini fit injuria, at bene sine  
demeritis deputando ad poenam.

Ad Confirm. conc. ant. neg. cons. ex ratione in priori responsio-  
ne abata.

Arguitur 3<sup>o</sup>. Deus habet voluntatem antecedentem et conditiona-  
tam salvandi omnes homines, si nempe in bono perseveraverint. Ergo  
electis ad gloriam fieri non potest ante absolute praevio merita.

Prob. cons. Voluntas conditionata non transit in absolutam nisi im-  
pleta conditione. Atqui voluntas antecedens salvandi omnes ho-  
mines est conditionata, si nempe in bono perseveraverint. Ergo  
non transit in absolutam nisi posita hujusmodi perseverantia.

Subs. Sed per electionem efficacem ante praevio merita non in-  
telligitur conditio formaliter adimpleta; alioquin hoc ipso intelli-  
geretur formaliter posita perseverantia finalis, et consequenter  
electis non esset facta ante praevio merita, sed simul cum praevi-  
o meritis. Ergo posita electione efficaci ad gloriam ante praevi-  
o merita intelligitur adhuc esse suspensa et conditionata,  
atque Deus intelligitur adhuc velle conditionate dare gloriam.

Resp. 1<sup>o</sup> trans. arg. neg. subs. vel dist. Per electionem efficacem  
ante praevio merita non intelligitur conditio adimpleta tanquam  
motivum ipsius gloriae intentae, conc. tanquam medium ad eam  
obtinendam, neg. subs. Itaque dici potest, quod electis efficax non  
sine meritis fiat, non quidem in rebus importatis, sed tantum in obli-  
quo. Unde sicut intelligi non potest causa, quin etiam ejus praevio  
effectus, sic etiam nequit intelligi electis efficax, quin etiam me-  
rita tanquam effectus illius praevioantur.

Resp. 2<sup>o</sup> et quidem melius. Totam hujus argumenti efficaciam

2. Col. p. 154.

2. Col. p. 154.



laborare falso supposito. Supponit enim voluntatem antecedentem, quia Deus vult omnem hominem salvum fieri, esse conditionatam, scilicet sub hac conditione: si homo bene vixerit, et in bono finaliter perseveraverit. Hoc autem falsum esse iudicatur, 1<sup>o</sup> quia S. Augustinus in Enchirid. c. 25, et 27. sic ait: Multi salvi non fiunt, non quia ipsi nolunt; sed quia Deus non vult: quod absque ulla controversia manifestatur in parvulis. At, inquirunt, iuxta hunc, quem impugnamus, dicendi modum, multi salvi non fiunt, quia ipsi nolunt; sed quod nolunt purificare conditionem, ut nimirum bene operentur et finaliter perseverent. Ergo p.

2<sup>o</sup>. Si vera haec esset doctrina, tunc legeretur, quod totum praedestinationis negotium consistat in eo, quod purificetur conditio; ac proinde per hoc tantum, quod homo per liberum voluntatis consensum intelligatur determinare voluntatem illam antecedentem, hoc ipso intelligatur esse praedestinatus, et a reprobis discretus. Atque hoc admitti nequit; quia repugnat S. Scriptura: Quis te discernit? p. 3<sup>o</sup>. Voluntas antecedens salvandi omnes homines, non tantum complectitur adultos, sed etiam parvulos ante susceptum Baptismum decedentes: sed prout se extendit ad huiusmodi parvulos, non potest esse conditionata, sub conditione nimirum, si bene vixerint, ut constat. Ergo p.

In forma autem respondent neg. ant. quod secundum ejus membrum, scilicet voluntatem illam esse conditionatam, saltem sub mensurata conditione; voluntas quippe antecedens de omnium hominum salute est simplex quaedam complacencia ab omnibus abstrahens circumstantiis, quae licet in Deo proprie fuerit, attamen ob alios fines, ac praecipue attributorum suorum manifestationem, vult Deus ante omnem meritum ac demeritorum praesentiam, ut quidam beatitudinem adipiscerentur, alii vero ab eadem excluderentur.

Inst. v. 4. Betros non potest habere has duas voluntates, quarum una dicat: Dono tibi hunc librum si saltaveris; altera vero dicat: Dono tibi hunc librum absolute et independenter ab omni conditione; quia per secundam voluntatem corrigit primam. Ergo a pari de praedestinatione dicendum est.

Resp. Hanc Instantiam eodem falso laborare supposito. Unde non est ad propositum.

At inquires. Implicat voluntatem in idem objectum fieri efficaciter simul et ineffaciter. Atque si fieret electio efficax ante praesentia merita, tunc voluntas Dei feratur efficaciter simul et ineffaciter ad salutem hominum; ineffaciter quidem vi voluntatis antecedentis; efficaciter vero vi electionis efficax ad gloriam. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Implicat voluntatem in idem objectum fieri efficaciter simul et ineffaciter sub eadem proors ratione, con. sub diversa ratione, neg. maj. Porro Deus voluntate antecedente vult salutem hominum ex motivo ostendendi magnitudinem suae bonitatis; in quantum immerentibus preparat media sufficientia ad sibi comparandam beatitudinem aeternam. At vero voluntate consequente vult sal-

3. Col.  
p. 155.

lucam nonnullorum ex motivo ostendendi multitudinem mise-  
ricordia sua, et independentissimam potestatem suam iisdem  
efficacia media et ad salutem consequendam aptissima preparanda.  
ubi vides, diversa huc intervenire motiva, quibus tollitur omnis  
implicatio.

Arguitur 4<sup>to</sup> Secundum S. Scripturam numerus electorum compa-  
rate ad numerum reproborum est valde exiguus. Atqui non videtur  
divina bonitati consentaneum hanc electorum paucitatem refer-  
re in solum beneplacitum divina voluntatis; Superexaltatum  
misericordiam iudicio, et propius est ad parcendum, quam punien-  
dum; ubi et misericordia ejus plena est terra. Ergo illa re-  
ferri debet in iniquam hominis voluntatem, que non consentit  
gratis predestinationis.

Resp. 1<sup>o</sup> Hanc exiguitatem numeri salvandorum in peccatum  
originale velut in causam refundendam esse, juxta doctrinam  
S. Augustini, in Enchirid. c. 99.

Resp. 2<sup>o</sup> Hujusmodi exiguitate Deum eminentiam ac celestitudi-  
nem divina electionis demonstrare voluisse; videmus enim, quod,  
quanto aliqua sunt excellentiora, tanto sunt rariores, ut patet  
in auris, gemmis, p. Abbe, quod intentio Dei fuerit speciali  
titulo sibi derivare electos, quapropter raram oportuit esse electio-  
nem; nam, ut ait Seneca, quod vobis gratum esse, raram efficit.  
Verum, nostro equidem iudicio, precepit eligi, si tamen exiguus  
est, hujus electorum numeri ratio est Dei ipsius voluntas, hincque  
cum S. Augustino dicendum, Tota ratio facti est voluntas agentis  
Dei. Unde, nisi omnibus aliis <sup>rationibus</sup> <sup>deum</sup> <sup>magis</sup> <sup>magis</sup>  
exclamandum: O altitudo sapientia et scientia Dei: quam in-  
comprehensibilia sunt iudicia ejus, et investigabiles via ejus!

4. Col.  
p. 156.

Rom. 11.

Argumentum 5<sup>um</sup> petitur ex variis absurdis, que ex illa sen-  
tentia sequuntur. 168.

- 1<sup>o</sup> Quod frustranea ac illusoria essent omnes promissiones, facta in  
S. Scriptura; quales sunt v.g. si perseveraverint usque in finem, p.
- 2<sup>o</sup> Quod per hanc gratuitam predestinationem minueretur in ho-  
mine zelus salutis sue; quia quilibet ~~predestinatus~~ diceret, vel sum  
predestinatus, vel non sum? Si primum, ergo quidquid egero, salvabor.  
Si secundum, ergo iterum quidquid egero, damnabor.
- 3<sup>o</sup> Quod de-  
mon pro seductione hominum non adeo laboraret prosertim in articulo mor-  
tis, cum sicut omnem suum laborem quoad predestinatos esse frustra-  
num; ex reprobis vero ibi nullum effugere posse.
- 4<sup>o</sup> Quod Deus hin-  
cerum affectum non haberet omnes salvandi.
- 5<sup>o</sup> Quod Deus frus-  
tra quereretur, se tot laboribus suis nihil efficere.
- 6<sup>o</sup> Quod tol-  
leretur omnis correptionis, exhortationis, et predicationis necessitas.
- 7<sup>o</sup> Quod hac sententia induat desperationem; quia decreta Dei  
sunt immutabilia.
- 8<sup>o</sup> Quod non predestinati ad vitam aeternam  
tandem reserentur in hac vita, donec moriantur, et ita in aeternum pe-  
rescant; quod superat divinam bonitatem et misericordiam.
- 9<sup>o</sup> Quod  
introducatur fatalis necessitas, nec gloria merces amplius esset. At-

5. 1. 9

qui haec omnia sunt maxima absurda. Ergo p.

Resp. ad. 1<sup>o</sup> Haec omnia sunt similia S. Augustino obsequi Semi-pelagianos. Ea tamen hunc S. Doctorem nihil moverunt, quominus sententiam suam de gratuita praedestinatione constantes tueretur.

Resp. 2<sup>o</sup> ad singula. Et quidem ad 1<sup>um</sup> num. neg. quod hujusmodi promissiones forent frustratae vel illusoriae; nam licet apud Deum salutis exitus incertus haud sit, apud nos tamen ac in executione futurus est incertus, necnon à conditione finalis perseverantiae pendens.

Imò his Stimulis egemus, inquit, ut ad salutem operandam excitemur, quia praedestinatio nostrum agendi modum omnino ibasum servat. Nec verò Deus reprobris illudat, cum salutem promittit, si in bono perseveraverint; quia re vera ita est; habent enim sufficientia media, ut perseverare valeant in bono, si quodpiam agant aut agere velint.

At dices. Novit Deus eos volituros. Fateamur, inquit, Deo haud esse incognitum; sed hoc propria eorum auidit culpa, ut qui Deo vocanti cordis sui aures obturent. At dura eorum corda per gratiam suam efficacem emolire possit: et quid dubitat? Sed quod non faciat; id ad inmutabilia ipsius iudicia referendum. Et certe in adversariorum sententia non desunt gratia, quibus Deus possit contumaciam illam emolire, si vellet, et tamen non facit.

Ad 2<sup>um</sup> num. Resp. neg. sequel. cum sua prob. Nam Deus ita praedestinat ad gloriam, ut electus non nisi bonis operibus eam consequatur.

Ad 3<sup>um</sup> num. Resp. Dist. Semon pro reductionem hominum non tantum laboraret in articulo mortis, si liceret, quinam essent praedestinati, con. Secus, neg. Sicut enim Diabolus, quod Deus neminem positive reprobet, nisi à concupiscentia sua idactus superetur, et ideo fortiter tentat, ut vincat.

Ad 4<sup>um</sup> num. Resp. neg. seq. Quia si Deus sinceram non haberet voluntatem circa omnium salutem, sed tantum simulatum gereret affectum, non omnibus pararet auxilia sufficientia perveniendi ad aeternam gloriam. Unde

Ad 5<sup>um</sup> num. Patet, inquit, Deum justissimam conparandi materiam habere, cum omnibus det auxilia sufficientia, daturus efficaciora, nisi impedimenta eis apponerent reprobi.

Ad 6<sup>um</sup> num. Resp. Dist. Tolleretur omnis conceptionis, p. necessitas, excitandos ad bene operandum, et quorum adminiculum Deus statuit dare uberiora auxilia, con. Secus, neg.

Ad 7<sup>um</sup> num. Resp. neg. seq. Nam quod augeat humilitatem, etiam majorem excitat in Deum fiduciam, quae vincit omnem desperatorem. Unde falluntur ii, qui existimant hanc sententiam contumeliosam ac adificationi fidelium minus aptam esse, et à pulpi divina misericordia, dum audiunt humana infirmitati potentissimum auxilium esse repositum apud Deum, qui misericorditer decrevit aliquibus ita succurrere, ut sufficientibus ac con. turbat, ne de se presumant, dum audiunt salutem esse à Domino, perditionem autem ex nobis; quae fit, ut de suis viribus diffici, majorem habere ad Deum spem et fiduciam dicant. Cum

5. Col.  
p. 157.

in contra predestinatis iusta mentem adversariorum, ut ut hyperbos et de se pronuntiantes stultam letitiam et vanam consolationem afficiant, humiles tamen vehementius conturbabit, ac morore afficiet.

Ad 8<sup>um</sup> Resp. Potius contrarium inde inferri debere; quia Deus illos expectat, ut convertantur; id enim fieri potest potentia antecedente; ut sup. dictum est; non vero ut male operentur; cum prava opera illi placent nequeant. Gratia dicitur ex rationibus divinae providentiae suae, quibus nihil rei constituit terminos, qui patiri non poterunt.

Ad 9<sup>um</sup> Denique jam supra responsum est. Ibi enim non imponitur necessitas, ubi non tollitur libertas. Atque gratuita predestinatione non tollitur libertas; quia Deus predestinando relinquit potentiam ad oppositum, et sic per actus contingentes et liberos ad gloriam electos suos perducit.

S.IV.

169.

Declaratio auctoris circa utramque hanc Sententiam.

Auctori nostris probabilis esse videtur, electionem predestinatorum ad gloriam non fieri ex pravis meritis, nec illa respicere ut motiva, quibus Deus inducatur ad illos eligendos, sed ut effectus ab ipsa derivatos; nam pro huiusmodi conclusione eadem videntur validiora esse testimonia tum S. Scripturae, tum S. Augustini, quam pro eius opposita.

Gratia, an non inquit, predestinatio parvulorum palam incipit ab efficaci intentione gloriae? Nam quomodo motiva induci potuit Deus, ut uni parvulo prae aliis Baptismum ante mortem provideret, vel mortem statim post Baptismum? nisi quia illum prae aliis gratis voluit salvare, eaque intentione Baptismum et mortem disponit e modo, quo ex pediebat, ut se ipsa salvaretur. Cur non et idem de adultis dicimus?

Ad adversariorum responsa sup. § 2. data autem sic ipse respondet, eaque confutat.

Contra responsionem ad 1<sup>um</sup> num testimonium est 1<sup>o</sup> quia S. Augustinus de pred. ss. c. 17. clare exponit illum textum de illa electione, quae Deus electos vocavit, justificavit, ac glorificavit; haec autem est electio non tantum ad gratiam, quae justificamus, sed etiam ad gloriam, per quam glorificamur.

Contra est 2<sup>o</sup> quia idem S. Doctor lib. De corrept. et grat. c. 7. loquitur de illa electione, per quam electi discernuntur a vocatis. Sed per electionem ad gratiam electi non discernuntur a vocatis; in hac enim electione conveniunt. Ergo p. Contra est 3<sup>o</sup> qui hunc locum S. Thomas exponit de electione ad gloriam; nam lect. 1. idem interpretatur ait: ut esseamus sancti in aeterna beatitudine.

Contra est 4<sup>o</sup> Lucia Apostolus loquitur de illa electione, per quam predestinati distinguuntur a non predestinatis. Ergo p. Probant. De illa electione loquitur, per quam illi eliguntur, quos benedixit Deus in omni benedictione spirituali. Atque huiusmodi electis solis pre-

6. Col.  
p 158.

Destinatis est propria; omnis enim benedictio necessario etiam involvit donum perseverantis, et consecutionem gloriæ, quæ reprobis utique non sunt communia.

Verba, quibus prædicta responsio inicitur, sunt momentis aliorum. Non enim quia Apostolus saltem id sperare potuit. Fratres ibi loquitur in genere. At palam est, quod locutio generalis sensum habeat accommodum, eosque sollemniter afficiat ac tangat, qui re ipsa tales sunt, quos exprimit locutio. Et hæc eadem responsio valet ad 2<sup>am</sup> responsionem.

Contra 1<sup>am</sup> responsionem ad 2<sup>um</sup> testimonium obstat auctoritas S. Thomæ. Nam ad illum textum lect. 2. sic loquitur: Sicut benedictio de qua hic loquitur [Apostolus] pertinet ad aeternam Dei prædestinationem, ita odium, de quo hic loquitur, pertinet ad reprobationem, quæ Deus reprobat peccatores; nec est dicendum, quod ista reprobatio sit temporalis.

Fratres autem id sufficienter inicitur ex verbis, quæ ibidem adjecit Apostolus, dicit eodem cap. v. 16. ita concludit: Igitur non volentis, neque currentis, sed misentis est Dei. Et v. 20. vanam et superbam nonnullorum querimoniam reprimit his verbis: Ô homo, tu quis es, qui respondeas Deo? nunquid dicit figmentum ei, qui se finit, quid me fecisti sic? an non habet potestatem figulus lutum ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ubi plane non de bonis temporalibus, sed de celestibus fit mentio.

Contra 2<sup>am</sup> responsionem est, quia S. Augustinus lib. de compt. et grat. c. 4. textum citatum intelligit de illis, quorum nemo perit. Sed illi, quorum nemo perit, sunt electi ad gloriam ergo.

Responsio autem 3<sup>ia</sup> subsistere nequit; nam expositionem ibi adnotam refutant S. Pauli admiratio, et verba, quæ subdit: Miserabor cuius misereor. Igitur non est volentis, neque currentis sed misentis Dei. Dicit enim posset, Jacob non fuisse electum ex Dei misericordia, sed ex his operibus præiis, atque ita suam electionem non Deo misenti, sed sibi bene operanti tribuendam esse.

Contra responsionem ad argumentum 2<sup>um</sup> ab auctoritate S. Augustini demum est; quia S. Augustinus in primo testimonio loquitur de electione discernente ceteros Apostolos à Judæ et reprobis. at electio ad gloriam in semine non sic discernit, cum Judas ad idem semen fuerit electus.

Electio ad gratiam finaliter perseverantem independens à meritis eandem patitur difficultatem, quam electio ad gloriam à meritis independens. Ergo si illa à meritis præiis non dependet, etiam hæc à meritis non dependebit.

S. Augustinus ait: Apostolos electos esse ad regnandum cum Christo, non quomodo electus est Judas. Si autem de sola electione ad gratiam ageret, non solum non diceret ad regnandum cum Christo, sed nequa excluderet Judam, cum ille ad gratiam non fecisset ac alii Apostoli, electus fuerit.

quod S. Augustinus in 2<sup>o</sup> testimonio manifesta videtur demonstrare prædestinationem ad gloriam esse gratuitam, et non ad gratiam; nam

1019

769. p. 159.

ibi mentionem facit de vita aeterna qua futura, seu qua nobis addi-  
 tur in futuro: at gratia in futuro nobis non reservatur, sed hic in  
 via nobis subministratur. Fraterca dicit, quod haec vita aet-  
erna potuisset appellari stipendium justitiae, sed gratia venti-  
quam appellari potest stipendium justitiae; quia alioquin gra-  
tia non esset gratia. Ergo S. Augustinus loc. ut. intelligi nequit  
 de praedestinatione ad gratiam, sed ad solam gloriam. 9. De-  
nique, S. Augustinus in 3. testimonio loquitur de illis, quos De-  
us magnificat post hunc mundum. At certe qui eliguntur ad gra-  
tiam, non semper magnificantur post hunc mundum, ut de Judaeis  
jam dictum. Ergo S. Augustinus ibidem non loquitur de electione  
 ad gratiam, sed ad gloriam.

Porro responsa ad auctoritatem S. Thomae variis testimoniis suf-  
 fultam et stantem pro gratuita electione ad gloriam non con-  
 vincunt; nam licet in cit. quart. illa de praedestinatione tam  
 ad gratiam quam ad gloriam tractat, attamen sufficienter innuit,  
 quod Deus prius intenderit gloriam quam gratiam eo ipso, quod  
 dicit Deum prius voluisse gloriam quam merita, ergo etiam prius,  
 quam gratiam; nam gratia et merita concomitantur se habent;  
 sicut enim merita absque gratia dari nequeunt, sic et gratia sal-  
 tem efficiat sine meritis esse nequit. Hocque corroboratur ver-  
bis ipsiusmet S. Thomae at. 9. a. 9. Ubi, Deus, inquit, praordinavit  
se daturum alicui gloriam ex meritis, id est, per viam meriti, et  
praordinavit se daturum alicui gratiam, ut mereatur gloriam.

Ubi vides, Deum incipere ab intentione gloriae, deinde vero ex ea  
 intentione ordinare gratiam electis, ut se ipsa mereantur glori-  
 am. Unde ibid. ad 3. dicit: Quare hos elegit in gloriam, et illos  
reprobavit, non habet rationem nisi divinam voluntatem.

Nec valet supra data responsio S. Thomae videlicet his verbis  
 intelligi debere de praedestinatione comparativa; nam licet  
 ibi comparatio videatur facta respectu reproborum, attamen  
 per hoc non tollitur, quod electis in gloriam nullam habeat ra-  
 tionem nisi divinam voluntatem; sed manet intacta S. Tho-  
 mae sententia, nempe, Quare hos elegit in gloriam.... non ha-  
bet rationem nisi divinam voluntatem. Fraterca

hic S. Doctor ibi potius per similitudinem, quam per compa-  
 rationem loquitur; hunc enim sensum faciunt ejus ver-  
 ba: Quare hos elegit in gloriam non habet rationem nisi di-  
vinam voluntatem, sicuti, quod et hos reproboverit aliam ratio-  
 nem non habet. Et certe quod respectu saltem electionis  
 absoluta loquatur, facile constat ex corpore illius articuli; nam  
 cum responsio ad 3. sit confirmatio ac corroboratio Thesis et  
 veritatis in corpore articuli defensa, liquet, quod si in corpore  
 articuli fuerit facta mentio de sola praedestinatione absoluta,  
 responsio ad 3. etiam de eadem loqui debeat. Porro S. Thomam  
 in corpore articuli de praedestinatione absoluta sermonem ha-  
 buisse, facile patet in sequentibus verbis ibidem adjunctis: Ma-

manifestum est autem, quod id, quod est gratia est praedestinationis effectus, et hoc non potest poni ut ratio praedestinationis, cum hoc sub praedestinatione concludatur. Quae verba, si bene ponderentur aperte corroborant sententiam nostram.

Contra; nam responsionem argumenti 4<sup>ti</sup> est; quia ratio ibi adducta non solum subsistit ubi finis se habet per modum doni gratuiti, sed etiam ubi se habet per modum mercedis,posito saltem, quod merita sint in potestate remuneratoris; nam tunc certa non intenduntur merita, nisi merces pro priori fuerit constituta.

Confirm. 1<sup>o</sup> Quia Deus non vult merita nisi propter gloriam ut se habentem per modum mercedis; atqui non volendo ipsa merita nisi propter gloriam ut se habentem per modum mercedis, iam hoc ipse vult gloriam ut mercedem ante merita, cum alias illa non vellet propter ipsam. Ergo p.

Confirm. 2<sup>o</sup> Quia quamvis finis intendatur ut merces et premium, ex eo tamen non dependit rationem causae finalis. Atqui causa finali essentialiter convenit esse rationem a priori electionis mediatorum. Ergo licet finis intendatur ut merces, nihilominus prior erit electione mediatorum; atque adeo gloria etiam intenta ut merces, in intentione tamen prior erit meritis.

Contra responsionem 2<sup>am</sup> est; quia ex causa aequaliter se habente ad plures aequales, inaequalis effectus oriri nequit. Atqui intentio illa antecedens aequaliter se habet ad omnes homines pro tunc adhuc aequales; quia necdum habent merita, quibus se distinguant. Ergo ex illa generali voluntate oriri nequit, ut Deus aliquibus praestitit specialiora praeparat auxilia.

Ad exemplum ibi adductum neg. quod talis Pater non efficaciter intendat Doctoratum Filii sui, quia si in potestate Patris esset, inclinaret voluntatem Filii sui ad cooperandum meritis ab ipso subministratis, nec quidquam omitteret, ut Filius suus non consequeretur Doctoratum.

Neque responsio 3<sup>ia</sup> est majoris efficaciam; nam quod finis sibi aut alteri intendatur, parum refert, dummodo sit ratio volendi media ad eius consecutionem necessaria. Atqui gloria praedestinati volita, cum rationem habeat finis, sic est ratio volendi gratiam et merita ad eius consecutionem necessaria. Ergo illa prius debet esse intenta et volita, quam gratia et merita.

Contra responsionem ad 5<sup>um</sup> et ultimum Argumentum est 1<sup>o</sup> quod aliqui per totam vitam pie vixerint, unde magna ac copiosa habuerunt gratis auxilia, et tamen in fine vitae a Deo receperunt. Et e contra quidam helesibus contaminatam totam traduxerunt vitam; et in fine vitae poenitentiam egerunt; et hi utique pauciora habuerunt gratis adjumenta, et tamen fuerunt praedestinati.

Contra est 2<sup>o</sup> quia haec major gratia vel est donum perseverantiae, vel non. Si secundum, tunc manet Argumentum. Si primum, ergo cum Deus donum perseverantiae finalis non velit, nec velle possit, nisi propter aliud, quod est ipsa gloria, liquet, quod haec potius erit prima ratio discretionis praedestinatorum a non praedestinatiis, et non ipsa finalis perseverantia; nam propter quod unumquodque tale, et illud magis tale.

8. Col.  
p. 160.